

vos dicitis quia deus noster est et non  
 cognouistis eum. **Tho.** licet per fidei co-  
 gnosceret unum deum. non tamen nouerat  
 eum in quantum pater nec sciebat eum ha-  
 bere naturalem filium. hoc ei per christum de-  
 claratum fuit. **Vñ Joh. xiii.** Pater ma-  
 nifestaui nomen tuum hominibus quos de-  
 disti mihi. **Ego** autem noui eum et si dixerim  
 quod nescio eum. ero similis uobis mendax.  
**Ly.** Sicut estis mendaces asseren-  
 do uos eum agnoscere cum tamen eum non  
 cognoscatis. ita essem mendax si asse-  
 rerem me ipsum ignorare. **Sz scio eum et**  
**sermonem eius seruo.** .i. voluntate eius  
 facio. hoc christus addidit. quod uera co-  
 gnitio per opera demonstratur. **Abraam**  
**pater uester** non imitatione sanctita-  
 tis sed propagatione carnis exultauit  
 .i. cum quadam fiducia et exultatione de-  
 siderauit. **ut uideret diem meum.** .i. tempus  
 istud incarnationis mee. **uidit et ga-**  
**uissus est.** **Tho.** uidit enim abraam per fi-  
 dem et per spiritum prophetie incarnationem  
 christi futuram. **Et ex hoc gauissus est** pro-  
 pter redemptionem suam et totius gene-  
 ris humani. **dixerunt ergo iudei ad eum**  
**Quinquaginta annos nondum habes et**  
**abraam uidisti.** .q. d. matris. **Criso.**  
**Quadragesima annos non habebat.** qua-  
 re tot annos proposuerunt. **Rndet** propter  
 delicatam nature complexionem. propter la-  
 borum multitudinem. propter illius terre  
 caliditatem. propter multam paupertatem  
 consumptus et attenuatus. **uidebat** ma-  
 ioris etatis quam esset. **Dixit ei iesus**  
**Amen amen dico uobis antequam abraam fie-**  
**ret ego sum.** **Vñ aug.** non dicit ego fa-  
 ctus sum. quod eius esse non incepit. nec  
 dicit fui. quod preteritum tempus diuinitas  
 non habet. **Tho.** uerbum patris tempus maxime  
 uenit eternitati ubi nulla est prete-  
 ritio nec successio. sed omnia sunt presentia.

tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum  
**Tho.** blasphemum reputauerunt eum  
 blasphemum quod preferbat se abraam. et  
 equabat se deo. et ideo uolebant eum  
 lapidare. **Sciendum** quod christus quo-  
 tidie lapidatus a malis christianis. quod  
 quot malas cogitationes quis scienter  
 recipit in cor suum cum delectatione  
 et consensu. quasi tot lapides mittit in  
 iesum. **iesus** autem abscondit se. **ly.** non  
 occultando se retro parietem. uel aliud  
 homini. sed uirtute diuinitatis se reddendo  
 eis inuisibilem. **et exiuit de templo**  
**non ex timore sed ex dispensatione.** quod  
 noluit lapidari sed crucifigi. **Cum** a  
 suis discipulis uidebatur qui secuti  
 sunt eum. **Vñ aug.** Quid magnum erat  
 ut eos continuo terra absorberet. et per  
 lapidibus infernum daret. sed tunc pa-  
 cientia erat exercenda. non potentia.  
 ut nobis patientie daret exemplum.  
**Circa** patris euangelium ubi dicitur. **Tu-**  
**lerunt ergo lapides ut iacerent in eum**  
**Notandum** quod hugo de prato dicit. quod  
 christus passus est pro nobis abluen-  
 dis. quod magnis sordibus peccatorum inuo-  
 luti eramus. **Vñ Apoc. i.** Lauit nos in  
 sanguine suo. **Secundo** passus est pro no-  
 bis redimendis quod omnes sub potestate  
 diaboli tenebamur. pro debito primo-  
 rum parentum ad inferos descendentes.  
**Ideo** christus se tradidit usque ad  
 mortem. ut nos liberaret. **Isa. liij.** Vul-  
 neratus est propter iniquitates nos-  
 tras. et attritus est propter scelera  
 nostra. **Et sic** christus nos lauit et  
 redemit. **In** cuius figura de latere  
 christi pendens in cruce. exiuit san-  
 guis et aqua. ut dicitur **Joh. xx.** scilicet  
 aqua ablutionis. et sanguis redemptio-  
 nis. **Tertio** passus est pro nobis ui-  
 uificandis. quia omnes in peccatis